UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Indvstria Spiritvalis

Spee, Friedrich von

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXXIX.

Præceptvm Sextum & Nonum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43756

Visual Library

In medicinis componendis defeciſſe à præſcripto medici

Quid pro quo ſuppoſuiſſe, Vitiata pro integris

Temerè vendidiſſe venena, Vendidiſſe illicita

Induxiſſe medicum ad taxanda medicinas vltra modum.

PRÆCEPTVM SEXtum & Nonum.

NOTA LECTOR.

SVnt qui multos ſæpe annos præ pudore ſubticent, quę cõtra hæc præcepta deliquerunt, & ſic cum conſcientia peccati mortalis, indigno ore ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum percipiunt. Quid hinc ſequitur? Deſperatio in fine vitæ, & mors ſempiterna. O miſeri & infelices? Quanto nũc ſalubrius apud vnicum ſe Sacerdotem, & hunc qui-

dem loco Dei conſtitutum confundere, quã in extremo illo Dei Iudicio, coram toto mundo confundi & damnari? Itaque tu eſto prudentior. Examina te in ſequẽtibus punctis, & in quibus te culpabilem repereris, ea nota ſicut noſti. Tum dein ſicut occurrerit, inſpectis hiſce punctis, Sacerdoti ſincerè & confidenter manifeſta, omnia tuis verbis explicando, quod facilè poteris, nec opus erit, vt quicquam ſcribas.

Cogitationes & deſideria

Oblectamenta cogitationum

Si ea quæſita & accerſita

Si admiſſa ſine diſcrimine perſonarum

Si ad quæuis mala paratus fueris

Si nocturnis illuſionibus aſſenſum præbueris

Cauſamuè dederis, Promoueris

Amor

Amor durans, Artes, Philtra ad conciliandum amorem

Dona ad malum finem

Cantilenæ laſciuæ

Colloquia, Narrationes laſciuæ

Literæ & ſcripta laſciua

Laſciuæ picturæ

Libri lecti, Poſſeſſi, Dati &c.

Indecoris nudatio

Indecoris aſpectus

Non decentes contactus

Oſcula, Luctæ, & ſimiles petulātię

Pollutiones voluntariæ

Peccatum cum aliqua perſona, exprimendo cuius ſexus & conditionis, vt an libera, Coniugata, Conſanguinea, Deo ſacra &c.

Si vim intuliſti

Si rapuiſti è domo paterna

Si domi pellex, concubina &c.

Si quid aliud ſolus deliquiſti

Aut ſi quid cum alijs

Si alium mala docuiſti

Si ad praua incitaſti. Iuuiſti

Si lenocinando, conciliando, aut aliter occaſionem dediſti alijs

Si puſillos ſcandalizaſti

Si quid in coniugio deliquiſti

Si conceptum impediuiſti.

Si abortum curaſti.

Si quid aliud enorme deſignaſti

Si ſummum bonum in ſpurcitijs collocaſti

Si totus deditus turpitudini fuiſti

Si quod plura mala non potueris doluiſti

Si quid adhuc habes, quod conſcientiam premat

Si quid quod hactenus fateri auſus non fueris

Qualis contractus Matrimonialis

An inualidus fortè ob aliquod impedimentum

Si Sponſalia reſcidiſti

Si ſpe Matrimonij credulam decepiſti.

Si ſenſus tuos non refrænaſti

Si curioſus fuiſti

Si carnem non mortificaſti, omnia ſenſualia & delicata ei permiſiſti

Si leuis fuiſti in geſtibus

Nimis inquietus & incompoſitus

Garrulus, Vanus, Vagus, Diſcolus, Effœminatus

Corporis cultui nimium deditus

PRÆCEPTVM octauum.

Dixiſſe mendacium in re graui

Et quidem pernicioſum

Facilè, leuiter mentitum eſſe

Iudicialiter Interrogantibus mẽtitum eſſe